Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

APOCA

pretiosi et margarite et byssi et pur
pure et serici et cocci et omne lig
num thynum et omnia uasa ebo
ris et omnia uasa de lapide preci
osi et cinamomum et aromatum et odo
ramentorum et uiscerum et thuris
et uini et olei et simile et tritici et
iumentorum et ouium et equorum
et redarum et mancipiorum et ani
marum hominum et poma tua
desiderii animae tuae discesserunt
a te et omnia pinguia et preclara
perierunt a te et amplius illa iam
non inuenient mercatores horum
qui diuites facti sunt ab ea longe
stabunt propter timorem tormen
torum eius flentes ac lugentes et
dicentes Ve ve ciuitas illa magni
que amicta erat bisso et purpura
et cocco et deaurata auro et lapide
pretioso et margaritis quoniam
una hora destituta sunt tante di
uitie et omnis gubernator et omnis
qui in classibus nauigant et nauta
qui in mari operantur longe stete
runt et clamauerunt uidentes loci
incendium eius et dicentes Que est
similis ciuitati huic magne et mi
serunt puluerem super capita sua et
clamauerunt flentes et lugentes et
dicentes Ve ve ciuitas illa magni
que qua diuites facti sunt omnes qui
habebant naues in mari de pretio
eius quoniam una hora desolata
est Exultate super eam celi et sancti
et apostoli et prophete quia iudicauit
deus iudicium uestrum de illa Et
sustulit unus angelus fortis lapidem
quasi molarem magnum et misit
in mare dicens Hoc impetu mitte
tur babylon illa magna ciuitas et
ultra iam non inuenietur Et uox
citharedorum et musicorum et tibi
canentium non audietur in te am
plius et omnis artifex omnis artis
non inuenietur in te amplius et uox
mole non audietur in te amplius
et lux lucerne non lucebit in te am
plius et uox sponsi et sponse non au
dietur adhuc in te amplius quia mer
catores tui erant principes terre quia
in ueneficiis tuis errauerunt omnes
gentes et in ea sanguis prophetarum
et sanctorum inuentus est et omnium
qui interfecti sunt in terra

XIX

Post hec audiui quasi uocem mag
nam turbarum multarum
in celo dicentium alleluia Salus et
gloria et uirtus deo nostro quia ue
ra et iusta iudicia eius sunt qui iudi
cauit de meretrice magna que corr
upit terram in prostitutione sua et uin
dicauit sanguinem seruorum suorum
de manu eius Et iterum dixerunt
alleluia Et fumus eius ascendit
in secula seculorum Et xxiiii seni
ores ceciderunt et quattuor animalia
et adorauerunt deum sedentem super
thronum amen alleluia Et uox de throno
exiuit dicens Laudem dicite deo
nostro omnes sancti eius et qui time
tis deum pusilli et magni quia